Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26258
Copyright: Admont, Benediktinerstift



150

Dracones & aspides & cornutę iohannē baptistī
in deserto uuientē subdita feritate tremuerūt.
Herodias uero eidē caput abscidit. & tanti uiri
morte in pretiū saltationis accepit.

In natū Sci Cypriani.

Sci cypriani festiuitatē sicut omnib; notū
est hodie celebramus. & natali sicut dicunt
imminente uindemiae natale ei martyrii
peceramus. Conueniunt igitur uota nra uel
mundi, mundus uindemiarū ubertate lętatur.
nos passione quidem. quę quidē passio uinde
miis cōparanda est. Sicut enim uuarū expressi
one uinū fundtur: ita & scōrum martyrio
uini uice sanguis effundtur. nisi qd uua tem
poralis fructus prestat. passio sempiternos.
Recte ergo martyriū uindemiis cōparatur;
habet enim & ebrietatē suā. habet et calicem
suum. de quo dicit pphēta dauid. Et calix
tuus inebrians quā preclarus est, & ipse dnus in
passionis suę certu estimat tus ait. Pater. si possi
bile est. transeat calix iste a me. Et iterū pro
phēta; calicē salutaris accipiā. & nomē dni in
uocabo. Recte inquā calix martyrio cōparatur.